

Za
308





SONANTEM PALLADIS AEGIDA
In ipsis S. AEGIDII Anniversariis Sacris
VIRO

Illustrissimo atque Generosissimo

DOMINO

JO. AEGIDIO
de ALEMANN

Dynastae in Schmiedeberg etc.

Potentissimo Poloniarum REGI et Electori Saxoniae
a Consiliis Intimis et Sanctioribus,

nec non Supremo Rerum Metallicarum Directori
Eminentissimo,

Maximo Litteratorum Mecaenati,

Domino Suo Gratosissimo,


Gracili quidem avena, mente tamen devotissima
decantabat

Christianus Gotthold Wulisch,

Liebstdienfis,

Sacrar. Litter. Studios.

Stanno Richteriano. 1712.



Horatius L. III. Od. IV. v. 57. Quid
Contra sonantem Palladis aegida
Possent ruentes! (*)



*Divina, credas, haec Sapientiae
Aegis Tuae nunc finibus omnibus
Germaniarum, Saxonumque,
Monte sonat resonatque nostro.*

*Virtutis (**) haec, quam miror, amabili,
Non Gorgonis, mens quam horret, imagine
Inclaruit semper, diuque
Inde ab avis, atavisque fulsit.*

Ma-

(*) Quod ita interpretantur Commentatores optimi: quid contra PALLADIS aut MINERVAE, i. e. prudentiae consilium clypeum, in conflictu cum hostibus sonantem, quo Jupiter etiam usus est contra Gigantes? quid inimici ad terram ruentes et inconsiderate stantes contra consilium et animi robur valerent unquam? Aegir autem dicitur ἀγρὸς ἄρης ἀγρὸς, capra, cujus est proprie pellis, alio nomine dicta ἀρῆν; sed sumitur pro amictu Jovis ex pelle nutricis suae Amaltheae, caprae: inde pro quovis aereo pectoris munimento sive clypeo, in cujus medio erat Gorgonis s. Medusae caput, serpentibus, crinium vice, terribile caput, ut ait Petr. Gualt. Chabotius in Comment. ad Hor. II. Od. IV v. 51. fol. 153. et Laëtantius L. I. Div. Institut. c. 21. de Capella, Jovis nutriceita: hujus capellae corio usum esse pro scuto Jovem contra Titanas dimicantem, Musaeus auctor est, unde a Poeta ἀρῆιοζχος, i. e. Jupiter clypeum tenens, nominatur. At absint haec nugae a sanctioribus Purpuratorum palatii!

(**) Lohenstein in Armin. P. II. p. 502, Publ. Cornel. Scipio Nasica, der zu Rom den Ruhm und Rahmen des aller besten Mannes hatte / führete das auff einen Ancker stehende Bild der Tugend in Schilde.

Magnus Tuus REX nititur Aegide,
AUGUSTUS, illustri hac Alemannia;
Quae regias res auspicas (*)
Usque perrennius aere quovis

Circum feret. REX hunc clypeum tenens,
Vultu sereno conteret invidiae
Duras manus sortis, sinque
Fortius Imperii (**) foovebit

Scutum hoc sacrum, quod posteritas pia
Plenis honorum muneribus suis
Sacrabit, inscribetque saeclis
Per titulos memoresque fastos.

Mirabor? absit! Coelitus est data (***)
Haec Aegis orae Saxonis. Et diu
Quam in tuto erit (****) sacratus
Hic clypeus, Patriae perennem

Spe-

(*) Clypeo Aeneae insculptae erant res et triumpho Romanorum, vid. Virgil. VIII. Aeneid. v. 626.
(**) Fabius iste cunctator dictus est Romanis: Imperii Scutum, teste Floro L. II. c. 6. uti
Oratorum Clypeus, dictus fuit Imp. Germanicus, apud Tacitum L. II. Annal. c. 83 n. 5.
(***) Clodovaco I. Ludovico I. Regi Galliarum coelitus ab Angelo Scutum oblatum constat.
Lohenstein in Armin. P. II p. 1274. Die Römer eigneten dem Ancilschen Schilde viel
Kraft zu, welcher zur Zeit des Numae mit dieser Stimme von Himmel gefallen seyn
soll: daß die ihn besitzende Stadt so lange die mächtigste seyn würde in der Welt/
so ihm hätte.
(****) Valer. Max. L. III. c. 2. de Epaminonda, qui in pugna acceptis vulneribus lethiferis,
an clypeus in tuto esset, quaesivit, turpissimum enim erat apud veteres, clypeum in praec-
lio abjicere.

*Sperat salutem mens pia Saxonum,
Et tam diu ipsi (plaudite!) copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu. (*)*

*At laureatos blandula Livia, (**)
Dilecta Conjux, qua clypeus Tuus
Mire superbit, palmitesque
Eximios dabit usque pacis!*

(*) Horat. L. I. od. 17. v. 15.

(**) Lucius Antonius Crassus führte im Schilde die Kaiserin Liviam, welcher ein Adler eine weiße / in dem Schnabel einen Lorbeerzweig haltende / Henne in den Schooß fallen ließ / Lohenstein in Armin. P. II. p. 505.



Pau La 308, Tr


ULB Halle 3
004 394 720



86







PALLADIS AEGIDA
DII Anniverfariis Sacris
VIRO
atque Generosiffimo
DOMINO

GIDIO EMANN

Schmiedeberg etc.
um REGI et Electori Saxoniae
timis et Sanctioribus,
erum Metallicarum Directori
minentiffimo,
ratorum Mecaenati,
uo Gratiouiffimo,
a, mente tamen devotiffima
decantabat
Gotthold VWilifch,
ftadienfis,
litter. Studiof.

Richteriano. 1712.

